Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Non motum eodem motu frustra
enim calciamentum dicimus hoc cuius
non calciacio est. Deus autem et natu-
ra nichil frustra faciunt.
Sed quoniam manifestum est de hiis de re-
liquis intendendum. et pri-
mo utrum est corpus infinitum
quemadmodum plurimi ad eum antiquorum
philosophorum putaverunt aut hoc est unum
aliquod impossibilium. Sic enim illo vel
hic non aliquid modicum sed totum dif-
ferre facit et omnem ad eam que de
veritate speculationem. Fere enim hoc omnium
principium contradictionem enunciantibus
aliquid de tota natura fuit et erit fu-
turis. Siquidem qui modicum transgreditur
continue augmentate discedens fit longe
plus decies milies. puta si quis mini-
mum esse aliquid dicat magnitudinem.
Sic enim modicum introducens maxi-
ma utique amovebit mathematicorum.
Huius autem causa quia principium virtu-
te maius quam magnitudine.
quapropter quod in principio modicum in
fine fit multum magnum. Infini-
tum autem principii habet virtutem et actum
maximam. Itaque nichil inconveniens
neque irrationabile immutabile esse differen-
cia ex eo quod finitur quod est aliquod corpus
infinitum ipsum quod de ipso ad a principi-
o resumentibus. Necesse itaque corpus
aut simplicium esse compositorum quare et
infinitum aut simplex erit aut com-
positum. Sed adhuc ex quo finitis sim-
plicibus necesse finitum esse compositum.
Palam ex finitis enim et magnitu-
dine et multitudine compositum infi-
nitum est magnitudine esse compositum
et multitudine tamen enim est ex quibus est
compositum. Restat igitur videre utrum
contingit aliquod simplicium infinitum
esse magnitudinem. aut impossibi-
le per argumentantes autem de primo
corporum sic intendamus et de reliquis

Quod quidem igitur necesse quod circumfertur
corpus finitum esse omne. Ex hiis pa-
lam. Si enim infinitum quod circumfertur cor-
pus infinite erunt que a medio e-
gredientes. Infinitorum autem distancia in-
finita. Infinitam autem distanciam
dico linearum cuius nullam est ex-
trinsecam magnitudinem tangentem
lineas. hanc necesse est infinitam esse. fi-
nitarum enim semper finita. adhuc autem
similiter est dicta maiorem accipe-
re quam ad infinitum dans infinitum
quare maximum non est. eadem ratio et de
distancia. Si igitur non est infi-
nitum pertransire. in infinito autem existente
necesse est distanciam infinitam
esse. Non utique continget circummo-
veri. Celum autem videmus circumvolu-
tum et ratione declaravimus quod est alicui
motus. Adhuc ex finito tempore si
auferas finitum tempus. necesse reliquum esse
finitum et hic principium. Si autem
tempus motus habet principium
et principium motus quod circumfertur et magni-
tudinis que mota est similiter. Autem hoc est
in aliis. Sit itaque linea infinita
in qua a g e ad alteram partem que
est in qua a bb ad ultimam partem
infinita. Si itaque scribatur circulusque
a g e ag centro manens quando fe-
retur circuli per eam que bb. a. g. c.
in tempore finito. enim omne tempus
in quanto circulo latum est celi
finitum est et ablatum g. quo in celo
ferebatur. Erit igitur aliquod princi-
pium quo primum que a g e
eam que bb. incidit hoc impossibile.
Non contingit circummolui infini-
tum quare neque mundus. si erat infinitum.
Adhuc autem et ex hiis manifestum quod infi-
nitum impossibile moveri. Sit
enim que a lata iuxta eam que
b finita iuxta finitam. Necesse igitur
simul et eam quoque ab ea que b.